

[A 2r:] „Tenet insanabile multos scribendi cacoethes“,¹ quo morbo se etiam laborare ostendit amicus noster, qui nuper chartam edidit de verbis Luc. Act. 3² expressam Henricopoli³ sicut est adscriptum ad Guelphorum arcem, quae huc est allata eo ipso die, quo ante annum publice in hac academia theologiae doctor est renunciatus et veritati et collegio fidem iuratam dedit, obligatus
 5 et^a huic et academiae atque his etiam terris et principi harum antea eo modo, quo scit.⁴ Sed hoc uno anno tribus scriptis⁵ contra existimationem et dignitatem nostram et quietem publicam editis demonstravit se eorum, quae debet, minus meminisse et pertulimus primam etiam alteram iniuriam patienter et
 10 dissimulavimus iustissimum dolorem nostrum. Nunc cum tertium hoc facit non debemus eum male docere amplius patientia vel lenitudine^b potius nostra idque non tam nostra quam rei ecclesiasticae et publicae causa. Atque de primo et secundo scripto nihil dicimus in praesentia. De quibus tamen, si voluerit, explicabimus ei, quam fidem in illis praestiterit Deo et hominibus de
 15 hoc tantum tertio, quale sit, breuiter monebimus.⁶ Edita est in hac schola a collegio theologico superioribus mensibus pio et religioso studio atque necessarijs etiam de caussis catechesis doctrinae christianae, in qua repetitur explicatio capitum christianismi ijs omnino verbis, quae sunt in corpore doctrinae⁷ et nullis alijs, ut nihil sit in toto libello nostrum praeter operam colligendi
 20 et transcribendi atque contrahendi in breuius, quae alibi prolixè exponuntur.⁸

[A 2v:] Hanc occasionem arripuit, in qua se exercebat malevolentia, odium et πικρία aduersariorum vel hostium potius huius scholae et veritatis atque qui-

^a est: A.

^b lenitudine: A.

¹ Sprichwörtlich gewordenes Zitat aus Juvenal, Satire 7, 51f. Vgl. Juvenal, Satiren, hg. v. Joachim Adamietz, München 1993 (Sammlung Tusculum), 150f.

² Act 3,21.

³ Rudinger bezieht sich auf Selneckers „Commonefactio“. Zur Datierung vgl. ebd., A 8r: „VVolfferbyti, Calendis Maij, ANNO M.D.LXXI.“, unsere Ausgabe, Nr. 4: Commonefactio (1571), 317.

⁴ Selnecker wurde am 11. Mai 1570 zusammen mit den Wittenberger Professoren Heinrich Moller, Friedrich Widebram, Christoph Pezel, Caspar Cruciger d.J. und Johannes Bugenhagen d.J. zum Doktor der Theologie promoviert. Vgl. Foerstemann, Liber Decanorum, 54.

⁵ Gemeint sind das EXEGEMA COLLATIONIS NICOLAI SELNECCERI CVM THEOLOGIS VVITEbergensibus 28. Iulij, anno 1570. VVitebergae institutae [...], Wolfenbüttel 1570 (VD 16 ZV 14330) und Selneckers „Commonefactio“ und das Kurtze/ Wahre vnd Einfeltige Bekantnuß D. Nic. Selnecceri [...], Wolfenbüttel 1571 (VD 16 S 5594).

⁶ Die „Disputatio grammatica“ setzt sich inhaltlich mit der am 1. Mai 1571 erschienenen „Commonefactio“ Selneckers auseinander, die jedoch den zweiten der drei erwähnten Drucke darstellt. Das „Kurtze Bekenntnis“ erschien zwei Tage später, also am 3. Mai 1571. Zur Datierung vgl. Mager, Konkordienformel, 135.

⁷ Zu den Schriften, die das Corpus doctrinae Philippicum enthielt, vgl. die Historische Einleitung, 7, Anm. 14.

⁸ Der „Wittenberger Katechismus“ verstand sich selbst als Zusammenstellung von Zitaten aus dem Corpus Doctrinae. Vgl. den Titeltext: „Contexta ex Corpore Doctrinae Christianae“, unsere Ausgabe, Nr. 2: Wittenberger Katechismus (1571), 76.